



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Actus Philippi diaconi. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. II.

qua primum beatum illum asserit, pro eo quod credit
in eum, quem non videt. Secundo dicit, per semetip-
sum non modo posse venire, quia in loco Hierosoly-
morum præceptum patris & obedientiam impletu-
rus. Tertio, promittit ei salutem in hæc verba: Cūm
assumptus fuero, mittam tibi vnum ex discipulis meis
qui te curabit ab infirmitate tua.

DE FACIE DOMINI LINEO

panno impressa. Cap. V.

Dicitur enim, quod pro desiderio prefati regis
implendo aliquatenus dominus faciem suam
lineo panno impressit, & misit ad eum, ut qui
in propria forma videri non poterat, saltem per im-
pressam imaginem videretur. Tunc ergo Tattheus il-
le discipulus qui missus est ad Edissam, prædictam ibi
dominicam deportare meruit imaginem, quæ per lo-
ga ibi tempora pdurauit, donec Constantinopolim
cum cæteris reliquis est asportata.

SEQVITVR DISPERSIO DIS-

cipolorum domini. Cap. VI.

Lapidato itaq; Stephano protomartyre, discipu-
li omnes exceptis duodecim, disperguntur per
vniuersam Iudeam & Samariam, & aliqui eorū
vñq; ad Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam deue-
nerunt. Ibi paucis prædicant Iudeis, non audentes se
credere Iudeis vel gentibus, Saulo tunc temporis va-
stante ecclesiam.

ACTVS PHILIPPI DIACONI.

Caput. VII.

HAYMO DE CHRISTIA.

Philippus vnuſ ex ſeptem diaconibus descendit Samariam, & habuit gratiam prædicandi, ita q̄ Simonem magum apud Samaritanos tam celebrem ſua prædicatione conſternit. Qui etiam ab eō ſuſcepit baptiſma, ſed in dolo. Sed & Præpoſitum Candaces cuiuſdam reginæ Aethiopiæ conuerſit & baptizat.

VOCATIO PAVLI APOſtoli Cap. VIII.

PEr idem tempus Paulus in apostolatum vocatur, cœleſti ad ſe voce delata.

SVGGESTIO PILATI AD Tiberium. Cap. IX.

In terea cum de domino Iesu Christo circunquaq; fieret rumor, Pilatus de mirabilib⁹ eius & resurrecione, Tiberio principi refert, & qđ beatus à plurimis crederetur. Moſ quippe erat apud Romanos, ut ſi quid noui prouincijs accidiffet, imperatori vel ſenatu nuntiaretur.

QVOMODO TIBERIVS. de Ch̄o edoctus cōplacatur.

Tiberius ergo monitus à Pilato, quæ compererat, refert ad ſenatum.

TERTVLLIANVS.

Datum enim erat decretum, ne quis deus ab imperatore consecraretur, niſi à ſenatu probaret. Senatus autē ſpreuifſe dicit, quia ſibi prius non fuerat delatum, ſed autoritatem ſuam vulgi preuenērat opinio. Tiberius autem manet in ſententia